



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia Polemica

Burghaber, Adam

Fribvrgi Helvetiorvm, 1678

Facultas Illvstrissimi Et Reverendissimi Domini Domini Joannis Baptistæ De
Strambino ex Comitibus S. Martini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72462)



APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ
ex Academia Friburgensi Brisgoica.

Ego infra-scriptus Societatis IESU Theologus, Facultatis Theologicæ in Austriaco-Cæsarea Academia Friburgensi Brisgoica Decanus, ex officio meo, autoritate, & consensu DD. Doctorum Collegarum meorum, accuratè (quantum potui) legi, expendique præsens opus; cui titulus est THEOLOGIA POLEMICA Auctore R. P. ADAMO BURGHABER Societatis Jesu Doctore Theologo, nunc Collegij Friburgensis apud Helvetios Rectore, multâ eruditione plenum; pari diligentia studioque elaboratum; Sacra Pagina, Antiquæ Fidei ab Apostolis, & Majoribus nostris ad nos usque continuò per doctrinam publicam certissimâ serie propagatâ, Pontificum & Conciliorum Oraculis adversus omnem erroris aleam communitum; Sapientissimorum Theologorum, & communi Gregis Christiani voce ac sensu, deinde etiam Censuram Romanorum iudicio pro Societate nostrâ more probatum. Dignum Authore suo, qui Romæ, Friburgi Brisgoiæ, Monachij, Lucernæ, alibi annos quàm plurimos Theologiæ Scholasticæ, Morali, Polemicæ docendæ semper indefessus impendit. In eo nihil ab a vita nostrâ & orthodoxa, seu Catholica Romana & Apostolica Religione, nec à sanctis moribus alienum: omnia potius eò spectantia, ut boni in recta salutis semita confirmetur, de vij errantibusque ad eam reducantur. Hoc iudicium meum chirographo meo ad faciendam Lectori fidem signatum ex majorum voluntate dabam Friburgi Brisgoiæ 18. Octobris 1676.

CLAUDIUS FRERE Soc. IESU Theologus.



APPROBATIO
R. P. PROVINCIALIS SOC. IESU
Germaniæ Superioris,

Cum librum, cujus titulus: THEOLOGIA POLEMICA A P. ADAMO BURGHABER Soc. nostræ Theologo conscriptum aliquot nostri Patres, quibus id commissum est, recognoverint, & in lucem edi posse judicaverint; Ego Benedictus Painter Societatis IESU per Germaniam Superiorem Præpositus Provincialis, potestate à P. N. Joanne Paulo Oliva ejusdem Societatis Præposito Generali ad id mihi concessa, eundem Librum typis Vulgari permitto. In cujus rei fidem hoc testimonium chirographo meo, & officij sigillo munitum dedi. Constantiæ 27. Septembris 1676.

BENEDICTUS PAINTER.



FACULTAS
ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI
JOANNIS BAPTISTÆ DE STRAM-
bino ex Comitibus S. Martini, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ
Episcopi, & Comitibus Lausanensis, S. R. I. Principis, nec non
SS. Mauritij & Lazari Crucis Equitis &c.

His visis, & examinatis concedimus Librum Theologiæ Polemicæ in
nostra Dicecesi typo mandari. Datum Friburgi Helvetiorum
die 24. Octobris 1676.

JOANNES BAPTISTA Episcopus Lausanensis.

INGRES-